



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Opera S. Matris Teresae De Iesv Carmelitarvm
Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis**

Jn duas partes distincta

Teresa <de Jesús>

Coloniæ Agrippinæ, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.

Approbatio Illvstriss. Et Reverendiss. Cæsaris Cardinalis Baronij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37974

APPROBATIO ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.
Cæsaris Cardinalis Baroni.

Rogata & petitione Reverendiss. Magistri S. Palatij legi &
diligenter examinavi hunc S. M. TERES & de IESV li-
brum, qui præter singularem, quam continet doctrinam, insignem
lectori adferre poterit utilitatem. Dat. Roma anno 1593. die 8.
Marty. Cæsar Card. Baronius.

APPROBATIO R. P. F. M. IOANNIS DE LERMA

Ordinis S. Benedicti, Prioris S. Pauli Barcinone.

Ego infrascriptus, iussu, & mandato Reverendiss. Do-
mini D. Ioannis Dimas Loris, Episcopi Barcinonensis,
legi, & per uolu*m* hoc opus, quod Sancta illa Virgo T E R E-
S A de IESV Carmelitarum Discalceatorum & Discalceata-
rum Fundatrix speciali quodam spiritu Dei directa conscri-
psit, in quo, ut illud à plurimis ætatis nostræ viris tum au-
toritate, tum doctrina præstantibus approbatum esse ta-
ceam, nihil inuenio, quod Fidei nostræ Catholice, & do-
ctrinæ Sanctorum quoquomodo aduersetur; sed multa ma-
ximæ efficacæ documenta, quæ ad conuersionem peccato-
rum, reformationem morum, & eorum qui in corrupti-
bili hac carne ambulantes, per profundæ considerationis &
orationis viam (quæ plerisque occulta & abscondita est) ad
DEVM tendere desiderant, instructionem mirè conducent.
In hac porro via, altissima quæque mysteria, & Sacra-
menta, quæ superbis, arrogantibus, ac sibi ipsis nimium
quantum placentibus abscondita sunt; humilibus, (vt æter-
na sapientia in Euangeliō ipsis promittit) communicantur;
dum hi ad Crucifixi Domini pedes velut sedentes, in isthoc
vitæ libro, qui vt vitam hanc nobis donaret, mortem subire
non dubitauit, continuò legunt. In hac quoque via vita illius &
bonorum, quæ, quia æterna, & durabilia sunt, sole nomine vita
& bonorum, dici possunt, primitiæ degustantur. In hac deniq;
anima ad Deum (qui ultimus finis, & omnium illius desiderio-
rum velut centrū est) sustollitur. Hoc porro manifestè in Sancta
hac